



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statu In Quo Sint Beatorum Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicii diem**

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

Censura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

sed scriptura docet solam fidem esse nostram beatitudinem,
Lucæ 1. Beata es quæ credidisti, Et Ioan. 20. Thoma uidisti
& credidisti beatus es, sed beati qui non uiderunt & credide- *Lucæ. 1.*
runt. Petrus confitetur Christum filium esse Dei uiui, & audit *Joan. 20.*
a Christo: Beatus es Simon Bar Iona &c. Beati quorum re-
missæ sunt iniquitates, atqui fide remittuntur iniquitates.
Fide ergo beatificamur. Beatus uir, cui non imputabit do-
minus peccatum. Et propter fidem, quæ nostra est beatitudo,
non imputabitur peccatum. Ergo fide sumus beati, Paulus *Roma. 2.*
Rom. 4. Beatitudo una est, nempe fides, quibuscumque tandē
nominibus eam uocites, fructus seu effectus fidei multiplices.
Et quis beatus, nisi cuius est dominus Deus eius, qui in hoc
uno peccauerit, multa bona perdet, Ecclesiastes 9. *Eccl. 9.*

PROPOSITIO XXIX.

Sola infidelitas est peccatum mortale.

CENSURA.

HAnc propositionem ignoras, altior ne sit an falsior et c.

CONDEM. CENSURAE.

Peccati uetus partitio est, in mortale & ueniale. Sancti
dupliciter peccant: Natura mortaliter, stipendium enim
peccati mors, & Venialiter, quia eorum peccata ueniam me-
rentur per Christum. Impij peccant tantum mortaliter, &
ut beatitudo est una fides ipsa, ita peccatum mortale est *Impij*
unum, infidelitas ipsa. Marci ultimo. Ioan. 16. & 3. Et qui *Marci. ult.*
fuerit in hoc uno, erit omnium reus. Iacobus. In requiem non *Joan. 16. et 3.*
introierunt propter incredulitatem, Hebræ. 3. & 4. Et ut be- *Hebræ. 3. et 4.*
atitudinis